V[illegible] qui flu
[illegible] ingreſ
[illegible] depopulatus eſt: uexe
[illegible] philippi filiuſ con
[illegible] ſolicitatis. Tunc enim forte Da
nubius [illegible] craſſa glacie ſuperſtratus: pedeſtrem tranſitum
facile patiebatur: cum toto et ma[illegible]imo ſimul agmine ineſtimabilis
hominum et equorum multitudo ad tranſitum confluerer. Mole pon
deris et gradientium concuſſione concrepans glacialiſ cruſta diſſilu
it. Vniuerſumq; agmen quod diu ſuſtinuerat mediiſ gurgitibus uicta
tandem et comminuta deſtituit: atq; eadem fragmentis praepedientib'
ſuperducta ſubmerſit. Notanda in hiſ parui animaliſ ſolertia eſt: obſer
uatam quippe vulpem locis rigentibus ſolerti auditu aurem ad glacie͂
opponere: et coniectura craſſitudinem gelu perpendere. Quare non niſi
ad eius acceſſum reditumq;. Amnes frigore concretos lacuſq; pleriq; tran
ſeunt ſubera quidam q̄ lata pectori ſubnectunt. Quidam dolia inania: in
leuitate uehiculi ſiſi in flumen deſcendunt. faciliuſq; placideq; deducti
tuto aduerſam pertingunt ripam.